

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et] emendatum - Cod. Lichtenthal 134

Le Blanc, Jean

[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]

Kupferstich

[urn:nbn:de:bsz:31-40622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40622)

Feria, iiii.

cor meum: quia oblitus sum manducare panem meum. **V.** Tu exurgens domine miserere mihi, quia venit tempus miserendi eius.



Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. **Passio domini nostri iesu christi secundum lucam. Hic non dicitur.** Gloria tibi domine. **xxii.**

In illo tempore. Appropinquabat dies festus azimorum qui dicitur pascha: et querebant principes sacerdotum et scribe quomodo iesum interficerent. Timebant vero plebem. Intrauit autem sathanas iudam qui cognominabatur scarioth/ vnum de duodecim et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quem admodum illum traderet eis. Et gausi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatem/ vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha:

et misit petrum et iohannem dicens. Eritis parate nobis pascha: vt manducemus. At illi dixerunt. Tui vis paremus: Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium/ vbi pascha cum discipulis meis manducem: Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum: et ibi parate. Eritis autem inuenerunt sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum: antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud/ donec impleatur in regno dei. Et accepto calice/ gratias egit et dixit. Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis: quod non bibam de generatione vitis/ donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ueruntamen: ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit. Ueruntamen de illi homini: per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem contentio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos/ benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed